

- 17 Resolvitur cum distinctione : & vide n. 36. & 37.
- 18 Quid si ex contracta vocetur proximus de familia, & quid in retracta, remissio.
- 20 Si pluribus nominatum relinquatur fideicommissum, omnes simul admittuntur: quod dupliciter limitatur.
- 21 Cùm controvertitur, an sit representatio nlocus in ultima voluntate, inspici debet voluntas testatoris, qua si lateat, ex conjecturis est investiganda.
- 22 Prima expenditur conjectura ad representationis exclusionem, de qua est controvergia, & n. 23.
- 24 Traditur secunda : & videas n. 29.
- 25 Adjicitur tertia.
- 26 De aliis similibus, remissive.
- 27 Succedit alius casus, ubi cessat representationis ex mente testatoris.
- 28 Non datur representationis, si quis filios, & nepotes vocaverit ad fideicommissum, diversos gradus constitutus.
- 31 Representationis quoad descendentes usque in infinitum procedit.
- 32 Ampliatur.
- 33 Utram datur representationis in filiis legi tiniatis rescripto, naturalibus, & adoptivis? remissive.
- 34 In ascendentibus nulla est representationis.
- 38 De prelatione inter patrum, & nepotem qui late differuerunt, & n. 42.
- 39 Nepos per representationem patrum excludit, ex communione.
- 40 Qui contra pro patruo tenent, recensentur.
- 41 Qui distinxerint.
- 43 Nepos cum patruo concurrens, quo jure praeferatur in successione.
- 44 Potissimum fundamentum, quod pro ne poce in patrum expenditur.
- 45 Contextus Latino idiomate legis Taurina de representatione agentis.
- 46 Interpretes ad ejus intellectum consalenti laudantur.
- 47 Duplex casus ejusdem legis proponitur circa successionem in majoratu per representationem, & n. 48.
- 49 Sancti quarti Regis intrusio adversus legem refertur.
- 50 Ampliatur Regia Constitutio, et si patruus nepote major non sit.
- 51 Ubi nepos est patruo major astate, etiam de jure communi ille præferebatur, ex omnibus ferè sententia.
- 52 Ampliatur Taurina Constitutio, licet primogeniti institutor vocaverit expressè majorum astate.

- 53 Ampliatur item, si neptis cum patruo de successione contendat.
- 54 Extenditur ad proneptem, si cum patruo magno concurrat.
- 55 In primogeniti Hispania representatio semper admittitur, nisi expressim à fundatore exclusa reperiatur.
- 56 Representatio locum habet in filio secundo, auterio genito, et si nonquam pri mun gradum successionis obtinuerint: quod exemplo declaratur.
- 57 Ampliatur.
- 58 Representationi in majoratibus Hispanis est locus, tametsi de clausulis institutio nis non appareat. Idem erit si ex contra dicto majoratus originem duixerit.
- 59 Intellectus genuinus Taurina legis.
- 60 Quoad representationem attenditur mors non possessoris majoratus intrusus, sed veri, ac legitimi successoris, qui de jure debebat possidere.
- 62 Alio clausula ejusdem Taurina legis sub sicitur.
- 63 De transversalium cognatorum diffe rentia quoad successionem majoratum.
- 64 In transversalibus respectu institutoris, & in descendentibus ab ultimo possessore, representationis usque in infinitum procedit.
- 65 Similiter in descendentibus à fundatore, qui à latere possessori junguntur.
- 66 Idem juris est in transversalibus, tam institutoris, quam ultimi possessoris, licet controvertitur.
- 68 Utrum isto casu nepos, cuius pater nunquam primum gradum successionis obtinuit, per representationem patrum excludat, & n. 69.
- 70 Generaliter in omni majoratu apud nos per representationem indistincte succeditur, nisi illa expressis verbis rejiciatur.
- 71 Subsequitur litera ultima clausula, qua prefata lege contineatur.
- 72 Ut repellatur ius representationis in primogeniti Hispanie, nulle sufficiunt conjectura, sed expressa voluntas institutoris desideratur.
- 73 Ubi constiterit de voluntate fundatoris, quod valuerit representationem removere, cessat legis regio dispositio.
- 74 Olim per manifestas presumptiones non admitebatur representationis, ex conjecturata mente fundatoris: hodie non utique, nisi expressè representationis prohibetur.
- 75 Representationis non excludebatur quoniam, et si author majoratus voca ret

- ret primogenitum, & post eum secundogenitum.
- 76 Decisio legis Cùm avus, de condit. & demonstr. extenditur ad contractus, & alios actus inter vivos.
- 77 Ad donationes causa mortis.
- 78 Ad commendas Indorum.
- 80 Ubi fundator disposuerat, ut succederet filius major superstes, ambigebatur an nepos patruo preponendus?
- 81 In feudiis an succedatur per representationem.
- 82 Quid in Hispania.
- 83 Feudum in dubio an ex pacto, & providentia, vel hereditarium presumitur.
- 84 In emphyteusi an sit locus representationis, remissive: & quid apud nos.
- 85 Quid in jure patronatus Ecclesie, & libertorum, remissive.
- Representationis regulariter locus est dan dus, ibid.
- 86 Quid in anniversariis, remissive.
- 87 In Indorum commendis succeditur per representationem inter descendentes.
- 88 In vinculis perpetuis (qua in Hispania veri sunt majoratus,) per representationem succeditur.
- 89 Quotiescumque in Hispania, feudum, emphyteusis, ius patronatus, & similia jure majoratus ita deseruntur, ut sine divisione transferantur, erit representationis locus.
- 90 In bonis per Regem donatis in majoratum jure representationis succeditur.

## CAPUT XXXVIII.

## Ad Num. 1.

**I**A NCEPS ventilanda quæstio proponitur, & frequens, quam regia ege re constitutione merito scribit Cevall. *comm. cont. commun. q. 398. num. 1.* num scilicet in successione fideicommissi familiæ relikti proximitas vocatorum sit estimanda ex persona testatoris, vel ultimi possessoris, per cuius obitum successio defertur: de qua Molin. de primogen. lib. 3. cap. 9. Simon de Praetis de interpret. ultim. volunt. lib. 3. interpret. 3. dub. 4. Amat. variar. resol. 10. Thesaur. Pedemont. decis. 64. Molin. de iust. & jur. tract. 2. disp. 62. Mantic. de conjectur. ult. volunt. lib. 8. tit. 12. Cevall. d. q. 398. Roland. à Valle cons. 100. lib. 1. Fachin. controvers. lib. 4. cap. 85. Castill. controvers. lib. 3. cap. 19. n. 140. cum aliis, Fusar. de substit. quest. 484. Peregrin. de fideicommiss. art. 20. &

D. de Faria Covar. Enucleatus.

cæteri, quos concessit Castill. numero 136.

Sententia Socini, de qua hic mentio 2, fit, tenet ex persona ultimi possessoris esse judicandum, qui sit ad succedendum proximior, quem sequuntur Gut tier. lib. 3. Practic. q. 66. n. 11. uterque Molina &amp; Castill. ubi proxime, Valenz. concl. 97. n. 214. Matienzo. in l. 8. gloss. 3. n. 2. tit. 11. lib. 5. Recop. Barbofa collect. cap. Licit, n. 17. de vot. &amp; alii ferè in numeri, quos congerit Amat. num. 2. ac Cevall. n. 1. atque Castill. Videas infra n. 12. 13.

Quæ opinio ab omnibus limitatur 3, primò, si ex voluntate disponentis apparet, quod sibi placuit, proximitatem ex sua persona esse considerandam, quia ipsius expresse, aut tacite dispositio ni omnino standum erit. Molin. d. cap. 9. n. 20. in fin. Amat. n. 31. Guttier. ubi proxime, Cevall. num. 6. Secundò, si proximus ultimo possessori de familiâ testatoris non existat. Molin. d. cap. 9. n. 2. Amat. n. 4. Guttier. n. 10. Paz de tenut. cap. 26. n. 23. Molin. sup. d. tract. 2. disp. 627. n. 12.

Quanquam hæc opinio Socini D. 4 Covartuvias displicuerit, à plerisque tamen amplectitur, &amp; apud nos in practica est recepta, teste Matienzo ubi supra, ideo forsitan, quoniam per ipsum inextricabilium licet amputatur occasio, quæ in antiquis necessariò orientur, si proximitatem primo testatori investigari oportet, quod quidem per difficile, aut impossibile foret, ut re è animadvertisit Molin. d. cap. 9. n. 13. &amp; ibi Addition. Molin. d. tract. 2. disp. 628. n. 1. vers. Hæc sententia. Et in majoratibus ita est tenendum proculdubio, etiam in transversalibus, ut noster Molin. probat d. cap. 9. &amp; ibi Addition cum plurimis.

Ibi: *Huic opinioni suffragatur.*

Hoc argumento utuntur uterque 5 Molina, Fachin, Cevall. &amp; alii laudati supra, n. 1. nec abs re, propter similitudinem quæ inter feudum, &amp; hujusmodi de fideicommissum versatur. Amat. resol. 75. n. 16. &amp; 17. Verum objectioni satisfacit Molin. d. cap. 9. n. 19. pro Socino, adversus eos qui contra ipsius sententiam argumentum de feudo retorquent, ex cap. 1. §. ult. de succession. fratre ut videtur est apud eundem Molin. num. 8.

Qq. 2 Quoad

6 Quoad successionem feudi duplex extat communis sententia. Quibuldam videtur, indistinctè quoad proximitatem successorum inspicienda persona primùm acquirentis. Tondut. *sup. cap. 24. n. 25.* Bald. *in d. cap. 1. §. ult. de success. frar. n. 2.* quod plures admittunt, deficiente linea ultimi possessoris. Alii distinguunt inter feudum ex pacto ac providentia, & hæreditarium, ut in hoc attendatur persona ultimi possessoris, in illo ejus, qui primò acquisivit. Consule Amat. *de resol. 10. ex n. 13.* qui nonnullos cumulat.

Ibi: Feudum autem hæreditarium.

7 Feudum hæreditarium est illud, quod acquirenti, ejusque hæredibus conceditur, & hoc ad quoscunque etiam extraneos hæredes spectat, de quo, & aliis feudorum differentiis agit Greg. Lop. *in l. 6. gloss. 4. tit. 26. p. 4.* Molin. *de just. & iur. tract. 2. disp. 472.* Jul. Clar. *Sentent. lib. 4. §. Feudum; q. 9. ex n. 2.* & ego prænotavi variar. *lib. 2. cap. 18. à n. 59.*

Ad Num. 2.

8 Licet hæc ad rem non conferant, ut D. Covar. admonet, vide Menoch. *de præsumt. lib. 4. pref. 75. à n. 9.* qui tenet, fratres substituti pupillo per communem parentem, illi æqualeter successuros, etiæ utrumque conjuncti pupillo omnes non sint. Parlador. *quotid. lib. 3. g. 8. n. 3.*

9 Hic opportune meminisse placet pulchrae questionis, num scilicet proximitas computetur ex persona patris defuncti, vel pupilli, cùm pupillariter substituitur proximus de familia, vel qui de jure succedere debet, de qua latissime per Amat. *d. 9. 10. à n. 71.* qui contra alios resolvit, proximum testatori admittendum, licet alius proximior pupillo concurrat.

Vers. Idcirco pro Socini sententia.

10 Hoc idem argumentum pro Socino expendunt Molin. *d. cap. 9. n. 11.* Fachin. *controvers. lib. 4. cap. 85. vers. Secundum argumentum, Molin. d. disp. 628. n. 1. vers. Hec sententia. Addit. Amat. variar. resol. 10. n. 72.*

Ad Num. 3.

Præterea pro Socino adducitur Mo. 11 destini responsum *in l. Cum ita 33. §. In fideicommissio, de legat. 2.* cui Interpretates multiplicem intellectum accommodant, ut videre licet apud Alciatum, & Peralta in comment. *ad eundem text.* Molin. *de primog. lib. 1. cap. 5. ex n. 26. & lib. 3. cap. 9. n. 6. & 17.* Fachin. *controv. lib. 4. cap. 85.* Roland. *à Valle conf. 100. n. 3. cum seqq.* Molin. *de just. & iur. tract. 2. disp. 628. n. 2. vers. Quodam secundum, Peregrin. de fideicom. art. 15. n. 11.* Castill. *controvers. lib. 3. cap. 19. num. 141.* qui num. 139. *in fin.* observat quod propter ambigua Modestini verba utriusque opinionis lectatores eundem pro se texum solent expendere, diversa adhibita interpretatione.

Vers. Sic sanè adversus opinionem.

Hanc sententiam, quam D. Covar. 12 amplectitur, nempe quod in fideicommissio familie reliquo proximitas ad succedendum inspiciatur respectu testatoris, & non ultimi possessoris, sustinet Fachin. *ubi proximè, Cevall. d. q. 398. n. 4.* Sim. *de Præcis ubi sup. num. 35.* Mantic. *de conject. lib. 8. art. 12. n. 10.* Menoch. *lib. 4. pref. 75. n. 16.* Gratian. *disceptat. cap. 393. à n. 13.* & plures, quos laudat Cevall. *n. 1.* & Amat. *variar. resol. 10. n. 1.*

Vers. Secunda conclusio.

Proximam resolutionem D. Covar. 13 probat, & ampliat etiam si aliqui ex familia nominatim vocari reperiantur, licet adversa opinio, de qua supra, n. 2. valde communis sit ac recepta, ut vide est apud Castill. *controv. lib. 3. cap. 19. n. 140.* qui recte monet, quod ex mente testatoris, ac circumstantiis quæstio hæc in primis decidi debet.

Istud sententiarum dissidium conciliari poterit ea distinctione, quam aliqui tradidere, ut scilicet proximitas consideretur ex persona ultimi possessoris, cùm hic descendenter reliquerit, qui succedit in fideicommissio, alioqui proximior testatoris preferatur adversus transversalem magis conjunctum ultimo possessori. Tondut. *resolut. civil. cap. 99. num. 23.* Amat. *cum aliis variar. resol. 10.*

## Enucleatus, & auctus. Cap. XXXVIII. 309

resol. 10. num. 3. quod procedit tametsi ultimus possessor ex liberis testatoris non sit; nam si ab illo descendenter, procul dubio proximitas ex ultimi possessoris persona estimabitur prole relicta, ut D. Covar. edocet hic *ex l. Cùm avus, de condit. & demonst.* Ejus distinctionis ratio reddi potest, quam de primogenitis agentes perpendunt Addition. ad Molin. *lib. 3. cap. 9. sub. num. 3. ad 21.* quia ex quo fideicommissum obtinuit vocatus, etiam posteritati sua jus ad successionem quæsivit, à qua in aliam lineam nequit transferri, dum aliquis ex illa perficit. Parlador. *quotidian. lib. 3. quæst. 1. n. 1.* Amat. *sup. resol. 1. n. 52.*

n. 87. Pascal. *de virib. patr. potest. part. 4. cap. 9. num. 15.* Richard. *inß. de hered. que ab intest. defer. in princ. §. 3. num. 48.* Castill. *num. 219.* ubi plures. Vide infra, num. 37.

Utrum in fideicommissio, quod familiæ competit ex contractu, representatione detur, quæstionis est, de qua Castill. *num. 254.* Salced. *sup. lib. 3. cap. 12. à princ.* ubi generaliter de representatione in contractibus disserit. Et quid in retractu rei patrimonialis, quo proximi consanguincij iure nostro uti permituntur, videndus idem Salced. *c. 15. Pichard. à num. 10.*

Vers. Primum in dicto §. In fideicommissio.

Communiter sentiunt interpretes, in 19 eo texto fideicommissariam interventionis substitutionem, ita ut fideicommissum perpetuò in familia permaneteret, sicut videtur licet apud laudatos suprà, num. 11. Verum nonnullis videtur Confutum ibi de vulgari egise substitutione, atque ita primo acceptante coniuncto, nullum superesse fideicommissum, in quo ulteriores possint succedere. Ita Molin. *de primog. lib. 1. cap. 5. num. 27.* Salced. *de representat. lib. 3. cap. 7. n. 44.* Ant. Gom. *in l. 40. Taur. num. 43.* Sim. *de Præcis de interpret. ultim. volunt. lib. 3. interp. 3. dub. 1. sol. 9.* Fab. *de errorib. pragmat. decad. 54. error. 8.*

Vers. Secundò adnotandum.

Quoties fideicommissum relinquitur 20 duobus, vel pluribus nominatim vocatis, non ordinis successivo, sed omnes simul admissi debent. Barbosa ex pluribus in collectan. *cap. Raynitus, num. 1. vers. Alterocha, de testament.* quod duplicitate limitatur. Primi si filius, & patet substituantur, aut Titius, & hæres eius, tunc quidem ordo successionis servabitur, ut post obitum patris filius, & post mortem Titii succedat ejus hæres. D. Covar. *in d. cap. Raynitus, §. 2. n. 6. & 7.* de quo Ant. Gom. *variar. lib. 1. cap. 2. num. 4.* Fusar. *de subf. quæst. 476.* Mantic. *de conject. lib. 4. tit. 9.* Menoch. *lib. 4. pref. 70.*

Vers. Tertiò ad intellectum.

Cùm de representationis iure quæritur circa hominis dispositionem, in primis

310 D.D. Covar. in Practicis Quæst.

primis voluntatem testatoris indagari oportet, à qua pender, si locus sit representationi, necne. Salced. *sup. lib. 3. cap. 7. n. 1.* Cancer. *variar. part. 1. cap. 5. num. 52.* Quapropter attendendum ad conjecturas, ex quibus mens percipi posse; nam sunt quædam, quibus suadetur, voluisse testatorem per representationem successores admitti: & sunt aliae, quæ contrarium demonstrant. Castill. *d. lib. 3. cap. 19. num. 220.* de utroque conjecturatum genere differunt Menoch. *lib. 4. pref. 95. ex n. 14.* Salced. *de representat. lib. 3. cap. 8. cum multis seqq.* Sed D. Covar. hic solum meminit præsumptionum, ex quibus rejicitur representatione.

22 Prima igitur adducitur conjectura adversus representationem, cùm testator proximiorem de familia vocaverit, quia non concurret vi representationis remotior in gradu. Sed etiā pro hac sententia plures existant, quos referunt, ac sequitur Salced. *d. lib. 3. cap. 11. num. 5.* Amat. *variar. resol. 1. num. 40.* Castill. *d. cap. 19. num. 300.* contrariam tamen plurimi amplectuntur, ut Menoch. *lib. 4. pref. 95. num. 21.* & *conf. 157. n. 27.* Molin. *de primog. lib. 3. cap. 8. num. 11. vers. 1.* nec etiam, & ibi Addition. Castill. *sup. lib. 2. cap. 20. num. 7.* & *d. cap. 19. num. 301.* Guttier. *Practicar. lib. 3. quæst. 67. n. 31.* omittit pluribus, quos recensent hi, ac plenius Salced. *num. 1.*

His favet, quod de jure quoties aliquid cognatis, seu familiae relinquitur, ut in eo succedatur ex ordine, semper proximiore præferuntur: & hoc ipsum etiā testator explicuerit, non poterit representationis exclusionem operari; nam ut vulgo fertur; expressio ejus, quod tacitè inest, nihil operatur, *l. 3. C. de fideicommissor.* cum aliis, quæ refert Barbosa *axiom. 89. n. 15.*

Vers. Quartò, ubi fideicommissum.

24 Secunda conjectura adjicitur, cùm testator expressit, quod in fideicommisso succedenter vocati, servata gradus prærogativa; nam ex hoc præsumitur representationem explodere. Ita, re latè discussa, tenet cum aliis Salced. *d. lib. 3. cap. 10. num. 10.* adversus Molin. *de primog. lib. 3. cap. 8. n. 17.* Castill. *d. cap. 19. num. 317.* Guttier. *d. quæst. 67. num. 45.* Menoch. *num. 20.* & alios quos laudat Salced. *num. 1.* Et hæc sententia quoad

majoratus extra dubium habetur: sed quoad fideicommissa satis est ambigua. Addit. ad Molin. *ubi proximè, sub n. 15. ad 18.* Adjunge Amat. *d. resol. 1.* ac vide D. Covar. infra, vers. *Ottavò*, ubi ego *num. 29.*

Vers. Quintò, idem erit.

Tertia conjectura est, cum testator *certum gradum personatum vocat ad successionem, veluti filios, aut fratres;* tunc enim cœsar representationis auxilium. D. Solorz. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 19. num. 3.* Seisse *decf. 64. n. 110.* Cancer. *variar. p. 1. cap. 5. n. 13.* Salced. *sup. cap. 9. num. 46.* Tondut. *resol. civil. cap. 99. num. 5.* Cevall. *comm. cont. comm. quæst. 762. num. 106.*

Vers. Sextò constat.

De his, & de aliis conjecturis, per *26* quas excluditur in fideicommissis representatione, consulens Salced. *d. cap. 9. per tot.* Menoch. *lib. 4. pref. 95. ex n. 14.* Molia. *sup. lib. 3. cap. 8.* Cevall. *sup. à num. 105.* Mant. *de conject. lib. 8. tit. 9. à n. 3.* De præsumptionibus contraria, quæ representationem inducunt, vide Menoch. *ex num. 33.* Salced. *cap. 8. per tot.*

D. Covar. hic aliam deducit conjecturam obnoxiam representationi, ex *l. Cùm ita, §. In fideicommisso, de legat. 2.* nam si quis dum familiae per fideicommissum bona tribuit, cognatos quosdam nominavit, & alios nomine collectivo vocaverit, ut si dicat: *Relinquo Titio, & Seiō filii meis, illis que proximiore ex mea familia substituo;* quanquam unus ex nominatis vocatis decedat, liberis reliktis, hi non subrogabuntur ad successionem loco parentis, sed alter nomine proprio vocatus integrè fideicommissum percipiet, representatione cessante: quod similiter procedit, si nepotes, nominatis patribus, avus substituerit, de quo Menoch. *d. pref. 95. n. 13.* Salced. *d. cap. 9. ex n. 16.* qui posteriore casu de liberis substitutis à priori distinguit *num. 20.* volens ut nepotes substituti cum patruo concurrant: non sic ubi generaliter ut proximiore collectivo nomine vocarentur, nullà gradus certi facta mentione. De alia simili conjectura agit idem *ex n. 39.*

Vers.

Enucleatus, & auctus. Cap. XXXVIII. 311

Vers. Septimò, hinc constat.

28 Quoties testator filios, & nepotes ad fideicommissum vocaverit, ita ut apparat diversis gradus ad succedendum constitueret voluisse, tunc decadente uno ex filiis, liberi ejus non admittentur per representationem, ex voluntate testatoris.

Vers. Octavò, est advertendum.

29 Docemur hic, locum fieri representatione in fideicommisso, ad quod cognati nomine collectivo vocantur, etiam si testator caverit, ut in successione gradus prærogativa servetur: quod verum si ab ascendentibus, vel fratratibus talis dispositio procedat, & hoc adversatur traditis per nostrum Præsidem supra, vers. *Quario,* ubi aliorum resultat opinio nem. Sed contra, quam sequitur, placuit Molinæ, & ceteris ame laudatis *num. 24.*

Vers. Nonò, seclusa.

30 Tandem resolvit D. Covar. representationem in hujusmodi fideicommissis admitti ab ascendentibus, vel transversali in primo gradu reliktis, nisi ex conjecturis appareat, testatore voluntate illam excludere. Sic tenet communis, quam tenuerunt recenti supra, *n. 17.*

Ad Num. 5.

31 Representatione in successione ascendentium ultra pronepotem ad ulteriores quovis gradus absque ulla restriktione protenditur. Molin. *de primogen. lib. 3. cap. 7. n. 6.* Menoch. *lib. 4. pref. 95. n. 6. & 7.* Ant. Gom. *variar. lib. 1. cap. 1. num. 15.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 21. num. 6.* Greg. Lop. *in l. 3. gloss. 7. tit. 13. p. 6.* Myntinger. *in §. Cùm filius, Inf. de heredit. que ab intest. defer.* Molin. *de just. & jur. tract. 2. disp. 626. num. 1.* Pichard. *in princ. tit. de heredit. que ab intest. defer. §. 2. num. 18.* Cancer. *variar. part. 1. cap. 5. num. 6.* Cevall. *comm. cont. commun. quæst. 762. n. 33.* Castill. *controvers. lib. 3. cap. 19. num. 62.* Salced. *de representat. lib. 2. cap. 18. num. 12.* apud quem plurimi, ubi disputat, & contraria sentientes laudat *num. 2.*

32 Quæ communis, ac tenenda sententia ita procedit, ut si casus daretur, ab-

nepos, aut ulterior descendens succederet per representationem cum patruo magno testatoris filio, ceteris ascendentibus de medio sublati. Greg. Lop. *tit. 8. lib. 5. Recap.*

Utrum representationis gaudeant *33* privilegio filii legitimati Principis scripto, adoptivi, & naturales, inquirit Salced. *d. l. 2. cap. 8. cum legg. 4.* Sed quoad successionem fideicommissi, de quo agimus, adoptivos omnino extraneos à sanguine testatoris, repellendos esse probatur *ex l. Fideicommissum 76. de condit. & demonstrat. 1. Si ita sit. in fin. de legat.*

In ascendentibus nullum est representationis beneficium, sed proximiор defuncto insolidum admittitur, *l. 4. tit. 13. p. 6. authent. de heredit. ab intest. vident.* *§. Si igitur,* Greg. Lop. *in d. l. 4. gloss. 4. in fin. Ant. Gom. in l. 6. Taur. n. 6. ubi rationem reddit duplexem. Castill. d. cap. 19. n. 54.* Salced. fusè probans supra, *lib. 2. cap. 19. à num. 6.*

Vers. Decimò appetat ferè.

Monemur, ut quoties de succedendo *35* per representationem controvertitur, voluntatem testatoris sedulò observemus, à qua pender representationis beneficium. Vide laudatos supra, *num. 21. & quæ pronotavimus ibi.*

Ibi: Atque item an illud sit verum.

Tradiderat D. Covar. initio hujus *36* versiculi, quod ut representationis privilegium competat ad succedendum, necessariò desideratur testatorem fuisse ex ascendentibus, patruum, amitam, aut materteram ejus, qui per representationem cum proximiore admitti contendit. Deinde subiungit, quod oportet disquirere, an verum habeat quod fertur de proximitate ultimi possessoris ad succedendum in fideicommissis familiae reliktis.

Quod quidem non abs re Sapienti-*37* sumus Praeful animadvertis, ac monet; nam admissa opinio, de qua supra, *num. 1.* quæ tener, non ex persona testatoris, sed ultimi possessoris proximitatem judicandam esse, consequens est, ut ex eadem reguletur descendencia, & gradus ad representationem. Molin. *de primogen. lib. 3. cap. 7. num. 7.* Unde evenire

nice potest, ut licet litigans non sit ex descenditibus testatoris, nec nepos ex fratre, per representationem cum patruo succedat, modò ab ultimo possesso descendat, vel sit nepos ex fratre, aut forore ipsius: quod facile, ac sepe contingere solet. Ponamus Scium vocasse fratrem ad successionem, primo qui decessit filio, ac nepote ex alio supervitibus: hic quoad testatorem collateraliter est, quoad ultimum possessorum descendens, & secundum D. Covar. representationis non gaudebit beneficio, cum non sit ex liberis testatoris, nec illi ex latere in primo gradu conjunctus: quod secus erit juxta oppositam opinionem recipiencem ad personam ultimi possessoris, & juxta illam necesse non est, quod testator ascendens sit litigans patruus, avunculus, amita, aut materterta, ut per representationem succedere valeat, licet aliud D. Covar. nos docuerit, qui ex propria sententia loquitur, quam tenuit supra, num. 3. vers. Secunda conclusio. Hæc deduximus ex traditis per Molin. d. cap. 7. n. 7. & 8. & per Molin. de iust. & jur. tract. 2. disp. 6. 17. num. 9.

## Ad Num. 6.

38 Inter cæteras quæstiones, que acrius mentes Juris interpretum contorquere solent, illa caput est de patruo & nepote, dum inquiritur quis eorum præponatur, alterum excludens à fideicommisso jure primogeniti familia reliquo, ut bona in illa perpetuo indivisibilia persistant: de qua differunt plurimi, quos recensuit Castill. controvers. lib. 3. cap. 19. num. 104. Nepotis partes cum D. Covar. tenuerunt Molin. d. lib. 3. cap. 6. n. 3. Tiraq. de jur. primogenit. quæst. 40. num. 11. Fachin. controvers. lib. 6. cap. 2. Amat. variar. resol. 1. num. 53. Mangil. de iust. cap. 77. Ant. Gom. in l. 40. Taur. n. 65. Guttier. Practic. lib. 3. quæst. 67. n. 2. Thesaur. forens. quæst. 35. Pichard. in princ. Inst. de heredit. quæ ab intell. defer. §. 3. de repres. in Hisp. primog. n. 18. Cancer. variar. part. 3. cap. 21. à n. 289. Molin. de iust. & jur. tract. 2. disp. 6. 26. num. 14. Gratian. disceptat. cap. 456. à princ. Peregrin. de fideicom. art. 21. n. 16. Mantic. de conjectur. lib. 8. tit. 10. num. 9. Cevall. commun. cont. comm. quæst. 197. à num. 3. Azcved. in l. 5. num. 1. tit. 7. lib. 5. Recop. & apud ipsos plurimi, & apud Salced. lib. 2. cap. 3. num. 1.

Ex quibus tam Jure communi, quam 39 Regio nostro cauila nepotis prior habetur, ut magis communiter tenent Scribentes, testante Castill. d. cap. 19. num. 104. in fin. ac ferè ubique gentium ita servatur. Molin. ubi proximè: & in Hispania talis vigeat confutudo. Avendañ. in l. 40. Taur. gloss. 5. num. 9. Addit. ad Mol. ubi sup.

## Vers. Nec tamen olim.

Pro patruo adversus nepotem, & 40 proximam conclusionem certant Cost. tract. de success. patr. & nepot. part. 2. ubi latissimè disputat, Spin. de testam. gloss. 19. n. 62. Valalc. de jur. emphycit. q. 50. n. 20. Duran. de art. testam. tit. 3. cau. 8. Salced. de repres. lib. 2. cap. 3. n. 3. eti limiter cum nepos ante patruum nascitur, quod raro contingit, ut ipse inquit. Alios pro hac opinione præter Salcedum ibi, n. 2. laudat Tiraq. d. q. 40. num. 15. & Cevall. ubi proximè, & num. 1. & 2.

Sunt præterea qui diversis distinc- 41 tionibus inventis, ad amicitiam pugnantes sententias reducere satagunt, quorum meminit Salced. eod. cap. 3. num. 3. Sed indistinctè prius est amplectenda.

## Ibi: Præfertim quod And. Tiraq.

Plures ex neotericis de hac quæstio- 42 ne agentes recenset Castill. d. cap. 19. præcipue Eman. Cost. tract. de patr. & nepot. Ant. Gom. in l. 40. Taur. n. 65. Salced. d. cap. 3. Avendañ. in l. 40. Taur. lib. 5. cum sugg. Afflict. in rubric. de success. fidei. Gamma decisi. 108. Fusar. de substitut. q. 485. ex n. 1. & alii ex præludatis nuper, n. 38.

## Vers. Ipse vero, scelusa etiam lege.

Pro nepote D. Covar. resolvit, amplexus opinionem frequenter receperam, cui adhærent recensi supra, n. 38. Sed inter illos controvèrtitur, an nepos patruum repellat per representationem, substitutionem, aut transmissionem: de quo Molin. d. disp. 6. 26. n. 14. Pichard. ubi sup. à n. 18. Molin. d. cap. 6. n. 36. & ibi Ad-dition.

## Vers. Etenim qui primogenitum.

Varias pro nepote rationes expen- 44 dunt

dunt qui hac de re disputationi operam dederunt: at hanc sequitur, ac laudibus extollit Castill. controvers. lib. 3. cap. 19. n. 106. & 107. ubi ait, quod usque ad tempora nostri Præsidis latuit vera & genuina ratio decidendi ad l. 40. Tauri, quæ hic redditur, de qua Molin. d. cap. 6. à n. 29. Guttier. Practic. lib. 3. q. 66. n. 17. & q. 67. n. 20. Avendañ. in d. lege regia. gloss. 1. n. 15. & gloss. 16. n. 2. & alii apud Addit. ad Molin. ubi proximè. Ex quibus deducitur, quod statim ac nascitur qui ad primogenitum vocatur, linea constitut, cui, posterisque suis ius querit, ut co gradu, & ordine succedant, quo ipse, si viveret, posset succedere; ideo dum ita linea persistit, alii locus non dabitur, nec per obitum primi occupantis lineam jus ejus posteritati quæsitus exprimat, imò quisque primogenitus ex illa, ut vocatur à testatore, debet admitti, sive sit ex liberis, sive ex transversalibus ultimi possessoris, sicut Taurina constitutione deditur.

## Vers. Prima Taurina legis pars.

45 Quam pro ignaris nostri Hispani idiomatis ita in Latinum vertit Anton. Gomezius: In successione majoratus etiam major natu filius ex vivo decedat, eo vivente, qui majoratus tenet, aut illo, ad quem pertinet, si ejusmodi major natu filium, nepotem, aliumve descendente reliquerit legitimum, hi suo ordine præferantur filio secundo ejus, qui majoratum tenet, aut illius, ad quem pertinet.

46 Pro cuius legis enucleatione consulendi Ant. Gom. & Avendañ. eam ex professo interpretantes, necnon Matienz. in l. 5. tit. 7. lib. 5. Recopilat. qua est eadem cum Taurina, ubi & Azcved. Guttier. sup. d. q. 66. & 67. Molin. d. cap. 6. n. 19. cum sugg. Castill. controvers. lib. 3. cap. 19. à n. 86. Pichard. in princ. Inst. de heredit. quæ ab intell. defer. §. de repres. in Hisp. primog. Salced. de repres. lib. 1. cap. 29. ex num. 12. Molin. de iust. & jur. tract. 2. disp. 6. 26. à n. 12. Videas legem ultimam, tit. 7. lib. 5. Recopilat. qua Taurina constitutio declaratur, de qua inferius.

Duplex casus distinguitur. Primus, cum institutor, seu possessor majoratus duos, aut plures filios habens obiit: deinde primogenitus, qui successit, fati cedit, filio, aut alio descendente reli-

D. de Faria Covar. Encl.

eto: hic proculdubio ex lege 2. tit. 15. p. 2. & nostra Taurina patrum exclusio. Molin. d. cap. 6. in princip. & omnes.

Secundus est casus (de quo ardua de 48 jure communi controversia vertebarat,) si vivo majoratus possessor primogenitus obierit, reliquo filio, & fratre secundogenito: & huic ille nepos præponetur in successione, ex lege 40. Tauri sic expressè disponente, ut observant Molin. d. cap. 6. n. 30. Ant. Gom. in d. l. 40. Tauri, n. 65. vers. Sexto, & quidem. Matienz. in d. l. 5. Recop. gloss. 1. num. 1. & 2. Cevall. commun. cont. comm. q. 76. n. 180. Fachin. controvers. lib. 6. cap. 2. in fin. Guttier. d. lib. 3. q. 67. n. 22. Mict. de majorat. part. 2. q. 6. n. 19. Pichard. ubi proximè, n. 18. Salced. de repres. lib. 2. cap. 30. n. 15. & alii laudati prouper, & supra, n. 38.

Hoc vero jus representationis in re 49 gni successione adversus legem 2. tit. 15. p. 2. à parente editam, violavit D. Sancius IV. nam ejusdicti nepotibus ex Ferdinandino primogenito de la Cerda, Infantibus vulgo nuncupatis, qui videntur Ildefonso patre decesserat, regnum usurpari, quod suæ posteritati reliquit, sicut prænotatur supra, cap. 1. num. 79.

## Ad Num. 7.

Lex Regia Tauri representationis 50 beneficium induxit, etiam patruus nepote major ætate sit, quod supponunt omnes recensi supra, n. 38. & 46. præfertim qui docent, nepotem ex filio fratris, vel ultiore, evenite si posset, patruo magno præferendum. Pat. Molin. supra, n. 12. vers. Ex his præfictis, Matienz. in d. l. 5. gloss. 3. n. 3. quis enim vidit quod nepos major natu, quam magnus patruus existat. Alioquin si Taurina decisio restingeretur ad casum, quo nepos ætate major patruo foret, inanis redderetur, vel quasi, quia raro contingit: Salced. lib. 3. cap. 3. in fin. nec iura adaptantur ad insolita, sed ad ea quæ frequenter eveniunt, l. Nam ad eas. de legib. Non tamen otiosè id D. Covar. advertit ad nostra legis declarationem, quia in quæstione patru, & nepotis quidam distinxere, an patruus sit major natu nepote, vel è contra. Salced. ubi proximè, Cevall. ex Bald. supra, num. 125. Costa de patr. & nepot. pag. 50.

R. I. Ibi:

Ibi: Nam ubi nepos ex filio.

- 51 Quoties nepotem ante patrum nasci contigerit, ille præferetur de jure communi ex omnium fere sententia, ut videre est apud proximè laudatos, ac Matienz. in d. l. 5. Recop. gloss. n. 3.

Vers. Tertiò ex eadem ratione.

- 52 Quanquam primogenii author expressum vocet primogenitum, proximorem, vel natu majorem, locus tamē fieri representationi ex lege nostra Tauri; nam illa clausula juxta ipsam civiliter, & regionis consuetudinem accipi debet. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 8. num. 11. vers. hac autem, & num. 19. Guttier. sup. q. 67. num. 18. & 23. Salced. lib. 3. cap. 11. num. 34. P. Molin. de iust. & jur. tract. 2. disp. 629. num. 3. & 5. Castill. controvers. lib. 3. cap. 19. Mier. sup. part. 2. quest. 9. n. 13. Matienz. in d. l. 5. Recop. gloss. 1. num. 4. & 6. Addit. ad Molin. sup. d. num. 11. ubi plures, nec non apud Salcedum, & Castillum, qui ait in Hispanorum primogenitis quodam praxim hoc disputationi non subjici, maximè post legem ultimam, tit. 7. lib. 5. Recopil. licet alias fuerit de jure communi, & regio controversum, ut videre est apud Amat. variar. resol. 1. Cevall. dict. q. 762. num. 173. cum seqq. Fufar. de substit. q. 485. Mantic. de conjectur. lib. 8. tit. 21. Valenz. conf. 23. à num. 169. Gratian. disceptat. cap. 419. Guttier. & alios ex praecitatibus.

Ad Num. 8.

- 53 Eadem Tauri constitutio regia ampliatur, ut locum obtineat eti filia primogeniti prædetundit, vivente possessore, cum masculo secundogenito patruo suo concurret, nam illa veniet in majoratus successione præferenda, cùm in majoratibus linea primò attendatur, secundò gradus, tertio sexus, & ultimò ætas. Molin. de primog. lib. 3. cap. 4. n. 13. & 14. Salced. sup. lib. 3. cap. 6. num. 2. & 4. ideo propter lineæ primogeniti præcedentiam foemina masculo anteponitur. Melin. d. lib. 3. cap. 8. num. 8. Castill. dict. cap. 19. ex num. 146 Pat. Molin. sup. disp. 629. num. 2. Salced. lib. 1. cap. 12. n. 17. Matienz. in d. l. 5. gloss. 1. num. 5. tit. 7 lib. 5. Recopil. Avendan in l. 40. Tauri, gloss. 9. num. 2.

Idem juris est de primogeniti nepte, aut præcepte, si fortè eveniret, ut cum patruo magno super successione contendat. Matienz. ubi proximè, Azeved. in l. 5. num. 1. & 4. tit. 7. lib. 5. Recop.

Ad Num. 9.

- Non ambigitur, representationem 54 ex lege Taurina admitti, eti filium primogenitum ad majoratum institutor vocaverit, ut videre est apud recentes supra, num. 46. de quo nunc regiam constitutionem jam memoratam habemus in fin. tit. 7. lib. 5. Recopil. que hujusmodi questionum antiam radicis amputavit, statuens semper representationem esse admittendam, nisi expressis verbis sublata in instrumentis instrumento reperiatur. In majoratibus, qui à coacta munificentia Regis Henrici II. processerunt, representationem excludi probat Salced. lib. 3. cap. 14. per tot. contra Molin. de primog. lib. 3. cap. 7. num. 11. vers. Sexta conclusio, Castill. d. cap. 19. n. 270. Pat. Molin. sup. disp. 626. num. 13. à quibus non recederem in judicando, & consulendo.

Vers. Sexto Regia lex.

- Quæ de primogenito tradita sunt, 55 partit procedunt in secundo, vel tertio genito, etiam si nunquam primum successionis gradum obtinuerint, nam sufficit spes remota, ac possiblitas succedendi aliquando, ut locus representationis fiat. V.g. si majoratus possessor Joannem, Antonium, ac Ludovicum filios procrearet, & Antonius, filio suscepito ex conjugi, morti cederet, deinceps Joannes abque liberis, & tandem pater primogeniti possessor: tunc quidem nepos ex Antonio patruum Ludovicum excludet. Pichard. in princ. Inst. de heredit. qua ab intell. defer. §. 3. de represent. in Hisp. primog. num. 31. Matienz. in d. l. 5. Recop. gloss. 1. n. 7. Molin. sup. lib. 3. cap. 7. num. 4. ibi: Secus autem si pater aliquo tempore jus primogenitura, saltem in spe, & possiblitate haberit. Cuius resolutionis rationem habes supra, num. 44. Adde Cancer. variar. p. 3. cap. 21. n. 292. cum seqq.

Idem observandum eti vivo ipso 56 majoratus fundatore, casus contigerit, ex traditis per Salced. lib. 2. c. 4. & Azev. in l. 5. num. 3. vers. Autem sus padres, tit. 7. lib. 5. Recop. Aut si nondum instituto

tuto majoratu mors secundogenitum, prole relicta, prævenitur, l. fin. tit. 7. lib. 5. Recop. Salced. lib. 2. cap. 5. & n. 6. Et quanquam de primogenito loquatur, ex rationis identitate idem de secundo, aut tertio genito dicendum videtur.

Vers. Septimiò ex his ipse.

- 58 Quotiescunq[ue] constat, bona indi- vila jure primogeniti deferti, eti lat- teat quibus clausulis facta sit institutio, servari debent que de representatione hucusq[ue] præmissimus ex l. 40. Tauri, Matienz. in d. l. 5. Recop. gloss. 1. num. 8. Salced. de representat. lib. 3. cap. 4. ex n. 19. Castill. d. cap. 19. n. 260. Avendan. in d. l. 40. Tauri, gloss. 2. n. 7. Licet enim de majoratus origine non appareat, pre- sumuntur tamen juxta leges, & confus- tudinem Hispanie institutus, nec interest quod representationem, an ab ultima voluntate, aut contractu prove- niant. Castill. n. 257. Salced. n. 18. Molin. lib. 3. cap. 7. n. 14.

Vers. Octavò hujus regia legis.

- 59 Hic prior intellectus ad regiam con- stitutionem proprius est ac genuinus, ut scilicet nepos patruo præponatur, quanquam primogenitus illius pater, vivo possessore, aut eo, ad quem de jure majoratus spectat, è vita migraverit. Matienz. in d. l. 5. Recop. gloss. 3. n. 2.

- 60 Circa clausulam illam, En vida del tenedor del mayorazgo, ò de aquél aquien pertenece, observare oportet, primogeniti successione deferti, defuncto possessore legitimo, aut successore, quanquam hic bona non teneat, & ab alio non jure detineatur; nec enim detentori persona insipicitur, ut sit successioni locus, sed veri domini, etiam bonis majoratus privati; ideo verba illa adjiciuntur, de aquél aquien pertenece: & dum dicitur, del tenedor del mayorazgo, de legitimo, & vero successore intelligitur, non de intruso, aut injus- to detentatore.

Ibi: Secundò potest constitui.

- 61 Hunc posteriorem intellectum, qui legi potest accommodari, refert, ac probat Matienz. ubi proximè, n. 3. Et hæc de representatione in descendantibus.

D. de Faria Covar. Encl.

Vers. Sequitur secunda Taurina legis pars.

Quam ita Latinè legit Ant. Gom. in 62 principio commentarii ad illam: Quod non solum precipimus, ut servetur, & sit in successione majoratus erga ascenden- tes, verum etiam erga transversales: sicut filius, & eius descendentes legitimè suo ordine representent personam parentum, etiam si parentes non successerint in predictis ma- joratibus.

Ad Num. 10.

Cognati trifariam transversales pos- sunt appellari. Quidam sunt transver- sales quoad institutorem majoratus, & descendentes ab ultimo possessore. V.g. si primò vocatus frater sit, vel aliis collateralis ipsius fundatoris; nam qui per lineam rectam à vocato illo proce- dunt, respectu authoris dicuntur trans- versales, eti ab ultimo possessore des- cendant. Alii è contra sunt collaterales ultimi possessoris, ac descendentes res- pectu institutoris: & contingit quoties ad majoratum authoris liberos suos vocat, & finitā lineā primogeniti, suc- cesso transit ad aliam secundogeniti. Alii denique sunt omnino transver- sales, qui nec ab institutore, nec ab ultimo possessore descendunt: quod acci- dit si quis primogenitum instituit in- flatre, & alteram post illum vocet, tunc si ultimus possessor ex linea primū vocati moriatur absque liberis, qui ex secunda linea succederit, tam instituto- ri, quam possessor transversalis existit. Addit. Matienz. in l. 5. gloss. 4. n. 2. tit. 7. lib. 5. Recop.

Quoad primam transversalium spe- ciem representationem expressum induxit regia nostra Taurina constitutio ulique in infinitum, licet jure communi ad primum gradum restringeretur in collateralibus, habita consideratione ad personam ultimi possessoris, à quo imme- diatè bona percipit successor.

Quoad secundam, simili modo ex 65 lege Tauri representatio observarūt, quod à jure communi non discrepat, si quidem in ascendentium successione li- beris in infinitum representationis bene- ficium concedebarit, ut dixi supra, n. 3. nec in majoratibus ultimo possessori succeditur, sed fundatori. Molin. de primog. lib. 1. cap. 8. n. 2. Sorlozan. de juri.

R. 2 Indian.

## 316 DD. Covar. in Practicis Quæst.

*Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 16. n. 19. l. Cohædi 41. §. Cum filia, de vulgar.*

6 Quoad tertiam speciem transversalium inter nostrates controverti solet, an per representationem successio majoratum deferatur ex lege quadragesima Tauri. Inserviantur aliqui non modice authoritatis, ut Greg. Lop. & Ant. Gom. quos reserat Salced. de representat. lib. 2. cap. 29. n. 34. & Azeved. in l. 5. n. 2. tit. 7. lib. 5. Recop. Sed affirmativam cum nostro Prelule tueruntur Molin. de primogen. lib. 3. cap. 7. n. 10. Matienz. in l. 1. 5. Recop. gloss. 4. n. 4. Azeved. ibi. n. 2. infin. Gutier. practicar. lib. 3. q. 66. n. 13. ubi disputat, Humada in l. 2. gloss. 17. n. 7. & gloss. 18. n. 2. tit. 15. p. 2. Pat. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 62. 7. n. 9. Costa de pars. & nepot. part. 2. à n. 29. & part. 3. n. 59. Castill. controvers. lib. 3. cap. 19. n. 90. & 91. qui latè probat ex pluribus, in hujusmodi transversalibus representationem in infinitum procedere.

67 Ille casus in difficulti est, an ea representationem locum in transversalibus istis obtineat, si quis ex vocatis obierit, filio relicto, cùm nunquam primum gradum successionis tenuerit, juxta exemplum supra positum, n. 56 qua in specie quoad transversales non admitti representationem, ut nepos patrum excludat, placuit Pichard. in princ. Inst. de heredit. que ab intell. defer. §. 3. de representat. n. 31. vers. Secùs autem, Cœvall. com. cont. commun. q. 762. n. 128. 82. cum seqq.

68 Verùm ea sententia dubia redditur ex eo quod lex Taurina omnino transversales descendenteribus quoad representationem adquavit, ut præter alios observat Molin. d. cap. 7. num. 10. Cùm igitur in casu proposito descendentes per representationem succedat, ut ipse tener Pichardus, & cum D. Covar. prænotavimus supra, num. 56. qua ratione aliud de transversalibus respondendum?

Vers. Hanc vero sententiam.

69 Adde laudatos supra, num. 66. præfetim utrumque Molinam, Castillum, Gutierrez, & Costam, qui illam suam opinionem pluribus tueruntur fundamentis, ex quibus tenendum est, quod apud nos in omni majoratus successione etiam inter transversales representatione debet admitti, ita ut semper filius præ-

mortui primogeniti loco parentis subrogatus patrum secundogenitum repellat, nisi aliud expresserit institutor, sicut ex mox dicendis apparebit.

Vers. Sed & primus.

De representatione, ac successione 70 transversalium in Hispania quoad primogenita, pluribus egerunt recenti per Addit. ad Molin. de primog. lib. 3. cap. 7. sub num. 10. & 11. & per me suprà, numer. 70 46.

Vers. Tertia Taurina legis pars.

Prosequitur Antonii Gomezii versio 71 ibi: Nisi aliud fuerit constitutum per illum, qui majoratus instituit, aut ordinavit; nam in ejusmodi causa precipimus, ut voluntas institutoris servetur.

Ad cuius clausula explanationem anno 1615. sub Rege Philippo III. condita est lex ultima, tit. 7. lib. 5. Recop. qua caveatur, ne representatione in majoratum successione excludatur, nisi expressum id disposuerit institutor, expulis omnibus conjecturis, etiam aperi- tissimis, atque evidenter: quod utique in vinculis jurepatronatus, ac anniversariis observari jubetur.

In successione majoratus quoad re- 73 presentationem admittendam, vel excludendam, in primis respicere oportet ad mentem fundatoris, de qua ubi constiterit, ea necessaria servanda erunt, que illiplacere, etiam Taurina constitutioni opponantur: alioqui quoties voluntatis oritur probabilis quæstiō, legali dispositioni standum est, cui institutor se conformasse præsumitur. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 8. à princip. Salced. de represent. lib. 1. cap. 13. num. 6. Azeved. in l. 5. n. 4. & 5. tit. 7. lib. 5. Recop. Pat. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 62. num. 1. Peralta in rubric. de heredit. infit. n. 122. Castill. controv. lib. 3. cap. 19. n. 28.

Licet quondam ad exclusionem representationis sufficerent manifeste presumptiones, præsertim si à verbis ipsius authoris majoratus orientur, Molin. d. cap. 8. n. 5. Azeved. num. 5. Salced. ex num. 12. & alii plures ex pronupti recentis, quos Salcedus congerit, num. 16. Hodie tamen expressa legis Taurina derogatio desideratur, atque ita debet institutor palam representationem verbis indubitate prohibere,

## Enucleatus, & auctus. Cap. XXXVIII. 317

bere, ut pro forma traditur in d. l. fin. sit. 7. lib. 5. recop. observat Salced. n. 19.

Ad Num. 11.

75 Agitur de conjecturis, ex quibus sublata representatione credebatur, per pensa mente disponentis, & illa rejicitur præsumptio, si quis vocaverit primogenitum, & pot. cum fratrem secundogenitum; neque enim ex hoc iste præferetur nepoti ex primogenito in vita possessoris prædefuncto. Matienz. in l. 5. gloss. 6. num. 1. tit. 7. lib. 5. Recop. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. c. 19. num. 32. & Politic. Indiar. lib. 3. cap. 21. vers. 1. aut eſte ſuplemento.

Ad Num. 12.

76 Decisio Consulti in l. Cùm avus, de condit. & demonſtrat. & similiū nondum in ultimis voluntatibus, fed etiam in actibus inter vivos procedit, ſicut in donatione. Anton. Gom. variar. lib. 1. cap. 5. num. 44. Padilla in l. Cùm acquisiti. num. 11. C. de fideicommiss. Greg. Lop. in l. 10. gloss. 2. tit. 4. p. 6. Costa in cap. Si patet, verb. Abſque liberis, num. 15. de testam. Menoch. lib. 4. pref. 89. num. 152. Fusar. de ſubſtitut. quæſ. 393. num. 50. Matienz. in l. 11. gloss. 4. num. 7. tit. 6. lib. 5. Recop. ubi Azeved. num. 28. Ant. Gab. commun. lib. 4. tit. de fideicom. concl. 2. num. 61. Pat. Molin. ſup. tract. 1. disp. 190. in fin. Cancer. variar. part. 1. cap. 2. num. 85. quod ita verum, niſi in contractibus onerofis, ut Gregor. Lop. Molina, & reliqui prælaudati communiter obſervant.

Ibi: Idem etiam erit in donationibus.

77 Similiter in donationibus causā mortis locus est decisioni dictæ legis. Cùm avus, Pat. Molin. num. 36. Costa num. 14. Ant. Gom. num. 33. Fusar. num. 47. Man- tic. de conjectur. lib. 7. tit. 10. num. 20. Ant. Gab. num. 19. Tiraquell. in l. Si unquam, verb. Donatione largitus, n. 250. C. de revocat. donat. Cancer. num. 84.

78 Sed & in commendis nostris Indiarum responsum Consulti admittendum scribit Solorzan. d. cap. 19. n. 32.

Vers. Quodſi dixeris.

79 Hæc jam inoffenso pede procedunt,

extante dicta lege ultima, tit. 7. lib. 3. Recop. quæ conjecturis omnibus ad extirpandum representationis beneficium aditum circumclusit.

Ibi: Illud fortassis quibusdam.

Ubi majoratus author cavit, ut sinecederet filius major superstes, controveritur utrum sit locus representationis: de quo consulendi Molin. lib. 3. cap. 8. n. 29. & ibi addit. Castill. d. cap. 19. à num. 336. Salced. lib. 3. cap. 11. à princ. Pat. Molin. disp. 629. num. 9. apud quos plurimi.

Ad Num. 13.

In feudi ea distinctio recepta est, 81 ut in hereditariis per representationem succedatur, ſicut in illis, quæ ex pacto, & providentia deferruntur, ut videre licet apud Castill. de representatione agentem lib. 3. controv. cap. 19. à num. 123. Salced. ſup. lib. 3. cap. 18. per tot. Sed & in mixto feudo locus erit representationi, cum ad illud non admittatur qui hæres non eſt. Hæc representatione in feudi procedit juxta iuris communis regulas, ſcilicet in descendantibus in infinitum, in transversalibus intra primum gradum. Salced. n. 15. & 16.

Sed si feudum apud nos jure majoratus concederetur, praticabitur decisio legis 40. Tauri, & legis ultima, tit. 7. lib. 5. Recop. quanquam in illa mentio feudi non fiat; ſat enim eſt sub ratione legis, ac legislatoris mente comprehendit, & ſic docet D. Covar.

Ibi: Et in dubio tale censi- debet.

Feudum in dubio hereditarium præsumitur, quod tamen absque controversia non eſt. Vide quæ tradidimus in addit. variar. lib. 2. cap. 18. num. 67. & 68.

Vers. Sic & in emphyteusi.

Quoad emphyteum ecclesiasticum, 84 vel laicalem, utrum per representationem successor admittatur, ſuē diſtent Salced. de repræf. lib. 3. cap. 17. per tot. Castill. d. cap. 19. n. 237. cum seqq. Matienz. in l. 5. gloss. 6. num. 3. tit. 7. lib. 5. Recop. Illud comperrum apud nos R. 3 habetur,

## 318 DD. Covar. in Practicis Quest.

habetur, ut si ad instar majoratus succedendum sit in emphyteusi, fiat locus representationi, ut cum D. Covar. ac pluribus asseremus infra, n. 89.

Vers. Sed & in jure.

85 De jurepatronatus libertorum latissime Salced. d. lib. 3. cap. ult. à princ. De jurepatronatus ecclesiastico idem Salcedus egit à num. 73. Castill. d. cap. 19. num. 250. cum seqq. Pichard. in princ. Inst. de hered. que ab intell. defer. §. 3. de representat. num. 25. Matienz. in d. 15. gloss. 5. num. 6. Avend. in l. 40. Tauri. gloss. 2. num. 63. 64. & representationem admittendam regulariter tener Salced. num. 74. qui plures refert, limitacionibus adhibitis.

86 In anniversariis an detur locus representationi, inquirit Salced. lib. 3. cap. 3. per tot. ubi etiam de capellaniis: & anniversariorum meminit lex ultima, tit. 7. lib. 5. Recop. que in illis representationem non supponit.

87 Representatio observatur in Commissis Indorum, licet perpetuo non concedantur, sed ad vitam impetrantis, & primogeniti illius duntaxat, exclusis transversalibus omnino: uxor tamen, deficiens liberis, viro primo commendatario succedit, qui si decebat, nepote ex primogenito, & filio secundo relictis, hic excluditur, nepote per representationem succedente, Matienz. in l. 5. gloss. 5. n. 11. tit. 7. lib. 5. Recop. Solorzan. de jur. Indian. tom. 2. lib. 2. cap. 19. n. 14.

88 In vinculis perpetuis representatione quoque versatur, ut plenissime, pluribus laudatis, probat Salced. d. lib. 3. cap. 5. num. 14. & per tot. disputans an hæc vincula absque Regis facultate familiae instituta, vere sint majoratus, quod affirmativè resolvit. Adde legem finalē, tit. 7. lib. 5. recop. ubi in ejusmodi vinculis representationem, sicut in majoratis, admittit Castill. d. cap. 19. num. 277.

Vers. Ego vero ad hujus.

89 Quoties in Hispania feudum, emphyteusi ecclesiastica, vel privata, ius patronatus, & alia hujuscemodi familiæ jure primogenii defunctorum, ut ad unum sine divisione devenant, succendent vocati per representationem, juxta formam legis 40. Tauri, & legem ul-

timam, tit. 7. lib. 5. recop. Ita cum D. Covar. docent Molin. de primog. lib. 3. cap. 7. num. 19. Castill. cum pluribus d. cap. 19. num. 249. 250. & 277. Salced. de represent. lib. 2. cap. 3. num. 13. Ant. Gom. in d. 40. num. 65. in fin. Pat. Molin. de just. & jur. tract. 1. disp. 627. n. 13. Cevall. commun. cont. comm. q. 762. n. 22. & 23. Matienz. in l. 5. gloss. 5. num. 7. tit. 7. lib. 5. recop. Padilla in rubric. ex n. 8. C. de fideicommissa. Avendañ. in l. 17. Tauri. gloss. 1. n. 1.

Præterea in bonis, que Rex jure 90 majoratus alicui, ejusque successoribus conferit, per representationem nepos patruo præponitur secundum regiam constitutionum dispositionem: de quo latè Salced. suprà, lib. 3. cap. 13. per tot. Solorz. d. lib. 2. cap. 16. n. 88.

Vers. Alioqui ubi non jure.

Si non jure primogenii, sed aliâ 91 bona assignetur familia, ut inter uocatos dividi possint titulo emphyteusi, feudi, aut jurispatronatus, quod remittit, cuius vestigia & ego repetens, nihil prænotatis addere apud me constitui, præsertim cum huic representationis tractatu sedulus operam dederit Blasius Robles Salcedo, à quo quicquid hic desideratur, exhauste cuicunque licet.

### S U M M A R I U M .

- 1 Dispositio conditionalis in ultimis voluntatibus expirat morte ejus, cuius aliquid relinguitur: non sic in contractibus, nam existente conditione post mortem contrahentium, regulariter fortuntur effectum, & n. 23. & 24.
- 2 Contractus celebrati sub casuali, aut mixta conditione transiunt adherentes: secus si sub potestativa, secundum communem.
- 3 Si cui aliquid præstandum est conditionis implenda causa, si deceperit, an promissum, seu relictum sub ea conditione dandi debeatur?
- 4 Expenditur pro communī lex Si decem, de verb. oblig. & interpretatur, n. 42.
- 5 Argumentum à contrario sensu est in jure constantissimum.

6 Adducitur

## Enucleatus, & auctus Cap. XXXIX. 319

- 6 Adducitur pro communī lex Qui Romæ §. Augerius, de verb. oblig. Sed restringitur n. 32. cum seqq.
- 7 Similiter inducitur lex Fidejussor obligari, §. fin de fidejussor. n. 7. cuius satisfit n. 48.
- 8 Condition specifica est adimplenda: cui argumentationi respondetur num. 49. Vide n. 21.
- 9 Alia ratio pro eadem opinione perpenditur.
- 10 Contractus sub conditione potestativa transiunt ad heredem stipulatoris, per quos conditions impleri possunt, nisi persone contrahentis cohereant.
- 11 Referuntur iura, quibus hac opinio probatur, & num. 1eqq.
- 12 Inconditionibus potestativis utrum sit retrotractionis locus?
- 13 Potestativa conditions, que persona non adhaerent, per alium impleri queant.
- 14 Conditionis potestativa si per heredem implieatur, specifica adimplenta censetur, nisi persona coherereat. & n. 21.
- 15 Ex voluntate disponitum provenire potest, sicut ex natura conditionis, ne hoc per heredem possit impleri.
- 16 Condition, Si alias meliorem conditionem attulerit, casuālis est, ideo scia pendente contrahens deceperit, contractus conditionalis transit ad heredem.
- 17 Hares, in quem transit contractus sub potestativa condicione initus, eam in forma specifica debet implere.
- 18 Non est idem, impleri conditionem cum herede illius, cum quo erat implenda, ac impleri per heredem ejus, cui erat apponita.
- 19 De intellectu legis Si decem, de verb. oblig. & num. 10. 40. & seqq. ac de stipulatione sub conditione, Si petiero, ibid.
- 20 Conditionem potestativam implere quandoque an sufficiat: & vide numero 24.
- 21 Explanatur lex Qui Romæ, §. Augerius, de verb. oblig. & num. seqq. ad 39.
- 22 Dies incerta pro condicione habetur.
- 23 De promissione dandi, Si voluerit, vel cum voluerit promissor.
- 24 Quid si heres gravetur, ut det cum voluerit.
- 25 Respondetur ad legem Fidejussor obligari, §. fin de fidejuss. que pro communī inducatur.
- 26 Conditions quando per equipollens posse sunt impleri, & n. 50.
- 27 Qui negligit dia implere potestativum conditionem, non videtur contractui renunciare.
- 28 Impleri potest conditione ex voluntate contrahentium cum herede illius, cui aliquid dandum, aut faciendum conveniat, & n. 59.
- 29 Actus est conditionalis ex mente agentis est verba deficiant, qua importent conditionem.
- 30 Explanatur lex Fidejussor, §. ult. de fidejussor.
- 31 Contractus quando incipiat à conventione, & quando à condicione.
- 32 Etiam in stipulationibus conditione potestativa persona non coherens per heredem impleri potest.
- 33 De jure nostro regio omnis verborum solemnitas in stipulationibus est deleta, & solum voluntas perpenditur.

### C A P U T   X X X I X .

Ad Num. 1.

**Q**uanvis in ultimis voluntatibus rei lista sub condicione qualibet ad heredes legatarii, vel fideicommissarii minimè transmittantur, si illa pendente legatarius, seu fideicommissarius deceperit: aliud tamen in contractibus observatur; etenim spes percipiendi quod conditionaliter est promissum, in successores transit, et si nulla corum inter contrahendum mentio fiat, ut purissima conditione ex contractu agere valent, quod discrimen nos docet D. Covar. infra, num. 4. ubi exornabitur n. 23. & 24.

Hoc quidem de contractibus præstatutum quod conditions causales, ac mixtas certissimi juris est. Salgad. Labyrint. credit. part. 1. cap. 33. num. 14. Circa potestativas verò actriter discipiatur, an mortuo stipulatore dum conditione pender hujusmodi, heres ejus patens illi, promissum antecessori exigere permittatur. Et facultatem istam implendi conditionem heredi non competere, stipulationemque evanescere, sustinet communiter Scribentes in l. Si decem 48. de verb. obl. & præter eos Tufch. lit. C, concl. 594. num. 5. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 11. num. 36. Greg. Lop in l. 11. gloss. ult. tit. 11. p. 5. Boët. decisi. 182. à num. 23. Gail. lib. 2. obser. 2. num. 3. D. Solorz. de jur. Indian. tom. 2. lib. 2. cap. 11. ex num. 38. Fuscar. de substit. q. 454. num. 42. Farin. in praxi,

*præxi*, q. 25. num. 147. *Peregrin. de fidicom. art. 16. num. 125. Barbosa in rubric. num. 35. solut. matrim. Larrea alleg. fisc. 98. num. 7. Donell. lib. 15. cap. 12.*

Ibi: Sed et si moriatur ipse.

3 Si is cui aliquid dare oportet, conditionis implendæ causâ decedat antequam præfetur, extinguitur promissio obligatio. Cujac. in l. si quis 57. ad fin. de verb. oblig. Sed in ultimis voluntatibus pro impieta haberi conditionem, nisi mors à tertio illata probetur, scripsit Menoch. lib. 4. pref. 183. à n. 9. Castill. controvers. lib. 4. cap. 25. num. 74.

Vers. Primus locus est.

4 In primis adstipulatur communis sententia Ulpiani responsum in l. Si decem 48. de verb. oblig. quod expendit Duaren. in l. Qui Roma, §. Augerius, eod. sit. de cuius interpretatione agendum cum D. Covar. infra, sub n. 6. ubi respondetur. n. 43.

Ibi: Nam & hac argumentatio.

5 Argumentum à contrario sensu in iure validissimè urget, l. 1. §. Hujus rei, ff. de offic. ejus cui mand. est juris. cum similibus, quæ congerit August. Barbosa tract. de loc. commun. loc. 27. numero 2.

Vers. Secundò, ad probationem.

6 Abs re quidem pro communi inducitur dictus §. Augerius, cùm ibi Scævola de casuali conditione responderet, non de potestativâ, ut observat Cujac. int. si quis 57. de verb. oblig. de cuius argumenti solutione vide D. Covar. inferius, n. 5. & nos à n. 32.

Vers. Tertiò pro communi.

7 Simili ratione ad quæstionem minime conductus textus in l. Fideiūffor obligari 16. §. fin. de fideiūffor. cùm ibi de potestativâ conditione sermo non habeatur, sicut animadvertisit Cujac. ubi proximè: erit rāmen de ejus enucleatione differendum infra cum D. Covar. sub num. 6. vers. Item non obseris, num. 48.

Vers. Quartò, hac communis.

Conditionis specifica debet 8 impleri, nec eam per æquipollens verificati sufficit, l. Si ita quis 53. §. fin. de legat. 2. l. Fideicommissum 75. de condit. & demonstrat. l. Ex ea parte 121. de verb. oblig. l. fin. C. de iis qui ven. etat. imperat. Salgad. Labyrinth. credit. part. 1. cap. ult. num. 15. Gail. depac. public. lib. 1. cap. 7. num. 23. Pichard. in rubric. n. 15. Inst. de vulgar. Osuald. ad Donel. lib. 15. cap. 12. lit. A. Castill. controv. lib. 4. cap. 24. num. 9. & alii plures, quos recente Barbosa axiom 48. n. 3. de cuius argumento D. Covar. infra, n. 7. ubi solutio traditur, & apud nos n. 49.

His & alia ratio pro communi adjicitur, scilicet quia cùm stipularorū cùm posset, parere conditionis neglexit, à conventione resilire, ac obligationem remittere censetur. Solorzan. de jur. Indian. tom. 2. lib. 2. cap. 11. num. 39. Larrea alleg. fiscal. 98. num. 7. quod tunc vel maxime obtinebit, si conditio facilē impletī queat, quæ nisi celeriter exequitioni tradatur, pro defecta habetur. Ant. Gom. variar. lib. 1. cap. 11. n. 36. vers. Ex quo infertur, Tondut. quæstion. civil. cap. 67. num. 2. quod in contractibus non procedit, Donell. lib. 15. cap. 12. nec in hæreditis institutione, Molin. de iust. & jur. tract. 1. disp. 206. num. 14. Vide infra n. 52.

Ad Num. 2.

Est altera opinio communi opposita, 10 quæ habet, in contractibus facultatem implendi potestativam conditionem esse hæredi jure permittam, nisi talis sit, ut persone contrahentis cohæreat. Ita sentiunt Cujac. in d. l. 57. ad fin. Alciat. in l. Si decem, num. 14. & 15. de verb. oblig. Pichard. in §. Ex conditionalis, num. 13. vers. Non obstat quartum, Inst. de verb. oblig. Vin. ibidem, num. 7. Escobar. de ratiocin. cap. 34. num. 9. in fin. Cevall. commun. cont. comm. quæst. 7-7. num. 54. & 59. Osuald. ad Donel. lib. 15. cap. 12. Molin. de iust. & jur. tract. 2. disp. 285. num. 5. Anton. Gom. d. num. 36. vers. vel aliter, & quartu: qui restringit quod contractus onerosos, & in hac sententia residet D. Covar. Quando conditio persone cohæreat, tradidit Cancer. variar. part. 3. cap. 20. à n. 15.

Vers.

Vers. Primò, huic assertioni.

11 Conditionales contractus ad hæredes transire, probatur ex §. Ex conditionalis, inst. de verb. oblig. & alii juribus mox adducendis sub num. 4. quæ cùm indistinctè loquantur, & generaliter, non est à nobis distinguendum inter potestativam conditionem, & casualē, l. Non distinguimus 37. de recept. arbitr. l. de pretio 10. de Public. in rem actione, Barbosa cum plurimis axiom. 136. num. 4. quod argumentum expendit etiam Duaren. in d. §. Augerius, num. 15.

Vers. Secundò ad idem.

12 Legis Si prædio 18. ff. de in diem ad dij. meminidit ad rem Duaren. sup. numero 16. de cuius intellectu videndus Faber in rational. ibidem.

Vers. Tertiò, est optimus.

13 Addit Duaren. ubi proximè, ac de interpretatione legis Necessariò, §. Quod si pendente, de peric. & comm. rei vend. Faber in ration. ibi, Cujac. ad lib. 33. Pauli ad edict. Mantic. de tacit. convent. lib. 14. cap. 41. num. 10.

Ibi: In conditione casuali, vel mixta.

14 In conditione potestativa retroactionem excludi, communiter adnotari solet. Vela differat 21. numero 23. Tondut. quæstion. civil. cap. 67. num. 20. Amat. cùm alii Variar. resol. 5. num. 3. quod generaliter verum non est, sed contum casu, quo conditio, invito debitore, adimpleri non possit, veluti si quis centum promittat, si ipse Capitolium ascenderit: secus ubi purificatio conditionis non pender à liberali promissori voluntate, ut si stipulator decem dederit, l. Postor 12. ff. qui potior. in pign. hab. Unde quoties conditio est in potestate creditoris, vel utriusque contrahentis, admittitur retroactio, quæ rejici debet, si fuerit in potestate solius debitoris. Salgad. Labyrinth. credit. part. 2. cap. 20. num. 10. Merlin. de pignor. lib. 4. q. 22. num. 3. Petr. Barbosa in l. 1. part. 3. n. 33. ff. solut. matrim.

D. de Faria Covar. Enucl.

Vers. Quartò adversus.

Legem 1. c. de pact. int. emptor. contra 13 communem sententiam objicit etiam Duaren. ubi proximè, cui pluribus satisfacere conatur Ant. Gom. sup. dict. cap. 11. num. 36. vers. Sed advertendum, de cuius textus expositione fusè Aug. Barbosa in collect. ubi nihil ad rem.

Vers. Quintò, ad probandum.

Huic rationi accedit, quod regulariter in omni contractu hæredes comprehensi censentur, eti nulla cōmentio fiat, l. 11. tit. 14. part. 3. l. Si patrum 9. de probat. Cum igitur conditionis conventionis sit præcipua, à qua omnis dispositio penderet, & conditionalis contractus transeat ad hæredes, quare facultas adimplendi conditionem ei denegabitur, si hæc non personam, sed factum respiciat, velut dandi; nam verba, Si tu, vel heres dederis, sicut in ceteris pactiobibus observatur.

Vers. Sextò, eidem opinioni.

Potestativæ conditions, nisi persona stipularis cohærent, per alium adimpleri posse certi juris est. Gregor. Lop. in l. 7. gloss. 4. tit. 4. part. 6. Duaren. in l. Qui Roma, §. Augerius, de verb. obl. num. 15. in fin. Molin. de iust. & jur. tract. 1. disp. 206. num. 14. Escobar. de ratiocin. cap. 34. num. 9. vers. Ex quibus, Cujac. in l. si quis 43. & l. 57. ad fin. de verb. oblig. Cancer. Variar. part. 3. cap. 20. num. 137. & 139.

Adjicit Duaren. ubi proximè, pro 18. hac opinione legem Diem proferre 27. §. 1. de recept. arbitr. qua deciditur non committi poenam ex compromisso, si hæres eius qui iussus est dare, ante diem praescritam obtulerit: unde deducitur, facultatem implendæ conditionis potestativæ hæredibus componere. Vide de Covar. infra. num. 7. vers. Ad idem est.

Ad Num. 3.

Amplectitur D. Covar. posteriorē 19. sententiam traditam supra, num. 10. Consule ibi laudatos, prætermittit Cujacium, Osualdum, & Duarenum.

S. Licet